



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1553. usque ad annum 1557

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 9011857X

§. 120. Ejusdem Pontificis Constitutio de Beneficiis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66565](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66565)

Sæcul. XVI. A. C. 1557. suam famam ipsa libertate potio-
 rem haberet, suamque innocentiam vindica-
 ri vellet, quapropter Paulus, ne semet-
 ipsum damnaret, Moronum a culpa ab-
 solvere distulit, imo hic idem Cardina-
 lis nonnisi sub Pii IV. Pontificatu pristi-
 no suo honori integre restituebatur.

§. CXX.

*Ejusdem Pontificis Constitutio de
 Beneficiis.*

*Bullar. Pau-
 li IV. Const.
 12. incipit.
 inter Cast.*

Insuper ad hunc annum severa admo-
 dum ejusdem Pontificis constitutio
 refertur, quam edidit contra eos, qui
 pro obtinendis beneficiis seipsum pro a-
 liis supponerent, vel annuas pensiones
 offerrent, aut pro aliis, ut ab eis ali-
 quid consequerentur, beneficia impetrarent,
 vel etiam pro se ipsis quidem obtinerent,
 ut aliis postea cum pensione resignarent:
 ejusmodi enim fallaciæ, & nundinationes
 admodum propudiosæ, inter Curia Minis-
 tros sat frequentes erant, etiamsi Pontifex
 tres Cardinales, una cum Datario distribu-
 tionem beneficiorum præfecisset, quorum
 vigilantia ejusmodi corruptelæ deinceps præpe-
 direntur.

Eodem anno Galliarum Rex Pontificis
 exemplum secutus Villeriæ ad Cotiam
 edictum promulgari, ac die decima
 septima Maji Regii Senatus tabulis
 inferi

inferi præcepit, vi cuius Episcopis æ-
que, ac Parochis injunctum, ut in sui
Beneficii Ecclesiis assidue præsententur,
ac ipsimet commisso gregi suo verbum
Dei annuntiarent, sibi que Vicarios ad
digne obeunda ministeria idoneos seli-
gerent. Inducebatur etiam pœna, qua
hujus edicti transgressores temporali
jurisdictione, ac beneficiorum redditibus
spoliarentur. Similem etiam legem
condebatur olim Ludovicus XI. in Castro
Plessiaci prope Turones Anno Christi
millesimo quadringentesimo septuagesimo
sexto die octava Januarii: insuper in
quavis Diœcesi nonnulli constituebantur
quæstores, qui ex beneficiorum re-
ditibus decimas colligerent, quæ pro
more ad ærarium Regium defere-
bantur.

§. CXXI.

*Joannis III. Lusitanicæ Regis
obitus.*

Hoc item anno die secunda Junii Joan-
nes III. Lusitanicæ Rex Ulyssipone
apoplexia tactus decessit, postquam quin-
quagesimum quintum ætatis suæ annum,
regni vero trigesimum sextum expleverat.
Hic Princeps multis dignitati suæ con-
gruis virtutibus erat præditus, ac insu-
per, cum ceteri Christiani Reges sese
mutuis bellis conficerent, ipse cum omni-

Sæc. XVI.
A.C. 1557.

*Franc. An-
drad. in vit.
Joann. III.
Damian. a
Goez in
comm.
Nonius in
Geneal. t. 2.
Script. Hisp.*